Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

locutus ē. Respondit ihc & dixit. Non
propter me uox hęc uenit. sed propter uos.
Nunc iudicium ē mundi. nunc princeps hu-
ius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus
fuero a terra. omnia traham ad me ipsum. Hoc
autem dicebat. significans qua morte erat mo-
riturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus
ex lege. quia xpc manet in eternum. & quo
modo tu dicis oportet exaltari filium hominis.
Quis ē iste filius hominis. Dixit ergo eis ihc. Adhuc
modicum lumen in uobis ē. Ambulate dum lucem
habetis. ut non tenebre uos comprehendant.
Et qui ambulat in tenebris. nescit quo ua-
dat. Dum lucem habetis credite in lucem. ut
filii lucis sitis. Hęc locutus ē ihc. & abiit
& abscondit se a eis. Fer. iii. p. Ieremie. p.
Iudicij ill. Oxit ieremias. Dne. de
monstrasti mihi et cognoui. tu ostendisti mihi
studia eorum. & ego quasi agnus mansuetus
qui portatur ad uictimam. & non cognoui quia
cogitauerunt super me consilia dicentes. Mit-